

M P V I

1 6 3 1

Ny
3027



36
SERTUM HONORIS

Pro

Laudatissimò Sponsorum Pari,

V I R O

Præstantissimò, Doctissimò, Politissimò

DN. GOTFRIDO ER-

HARDI, J. U. C. & in Repub. Anhaltino Def-
sanâ Advocatò solertissimò,

V I R G I N E

Lectissimâ, Honoratissimâ, Pudicissimâ,

MARGARITA MASCI,

Clarissimi & Amplissimi Viri

DN. M. CASPARIS MASCI,

Consiliarî quondam Anhaltini, & in Dice-
cesibus Plozcovianâ & Alslebianâ præ-
fecti meritissimi b. m. relictâ

Filiâ,

DESSÆ A. D. VII. FEBRUARI, MATRI-
monium faustiter ineuntibus,

E X

SVAVISSIMIS HORTULORUM POETICO-
rum flosculis favorabili multifarî coloris
filò textum,

A N N O

VIVE! tibi, GotfrIDE, Venit tVa MargarIs, VXor

FVLglt Vt Vnlo ^(Margarita) _(ein Perle), Vir rob Vr honoris (Ehr-hardt)

o Vas.

I. F.

WITTEBERGÆ,

Ex officina typographica CHRISTIANI THAM,

Acad. Typogr. Anno 1625.

Ch. An. M. Petro



VOTUM PARENTIS:

NON Patris est, Nati multis exponere verbis
Conjugium, laudes est recitare suas.
Sufficit ad tot doctorum pia vota Virorum
Pro felicetoro subdere Cordis AMEN.

*Nicolaus Erhardi, Judex
provincialis in Coswig/
Koslaw und Lindaw.*



AD NOVOS CONJUGES.

ET sponsi P I E T A S talem meruisse puellam
Gaudet, quam Charites, Fama, Venusque beant.
Et sponsæ P I E T A S talem obtinuisse maritum
Plaudit, quem virtus, quem Themis ipsa probat.
O factum bene ! sic rectè connubia fiunt,
Cum pariles parili fœdere jungit amor,
Ac tam conjugio venit exoptabile compar,
Mutua quod P I E T A S firmat, A M O R q̄: beat;
Hinc natos natorum, & qui nascentur ab illis
Spondet, & ad thalamum prospera quæq; D E U S.
Felices igitur P I E T A S quos jungit, & unit,
Et quorum firmat fœdera sancta D E U S!
C R E S C E D I U F O E L I X, C R E S C E E X O P T A B I L E C O M P A R,
Et cape de voto, quod cupis O M N E, meo.

Votum extemporaneum

Joh: Sturmii C. A.

Ad

Clarissimum Dn. Sponsum.

DE tribus ipse tuo quondam, Godofrede, rogatus
Ego Parenti filiis, quos tum simul
Crediderat fidei cura paterna mea,
Quis reliquos inter studiis magis aptus honestis
Fratres, Magistris quisq; possit rectius
Judice me officium ritè probare suum?
Sponse, recordor enim, postremum ætate duobus
Te præferendum judicavi cæteris,
Quos itidem ornabat eum Probitate Fides.
Natura Ingenii te namq; beaverat acris
Præstantiâ, frugis secutura sequens
Certò ostendebat fœnora larga dies:

A 2

Larga



Larga secutura spondebat fœnora frugis
Industria illa tanta, quæ paucissimos
Hoc adolescentes tempore rara manet.
Nec mea vel fidum de te concepta Magistrum
Fefellit unquam vel Parentem spes tuum:
Sic prodit fruges herba tenella suas!
Nam Schola quas in te deprêndit patriæ dotes,
Servesita confirmavit illustri satis
Successu, fidâ Leucoris auxit ope.
Tandem ergo Ingenii fructus, tandemq; tuorum
Amplissimos fructus laborum percipis,
Quos subit nisu curaq; mensq; gravi.
Ecce tibi varios cumulatim Patria honores
Decernit: insuper Jehova pronubo
Tenunc præstanti virgine Dessa beat;
Cujus seu spectes tam pulchro in corpore dotes,
Seu mentis ornamenta, seu queis magno eam
Conditio instruxit fœnore sortis opes,
Ista quidem tanti sunt ponderis omnia, ut ipsa
Natura contulisse in unam visa sit
Sponsam, quæ gremio possidet alma suo.
Digna quidem fuerant præclaro carmine, digna
Illustribus quæ concelebrent laudibus,
Quorum conatu divus Apollo fayer.
Ipse ego prosequerer quamvis vel paupere versu,
Curæ nisi obstarent domi graves, nisi
Ipsa mihi promptam vena negaret opem.
Et quid opus? longè melius cum cuncta patecant
Soli tibi secreta Sponsæ, cum tibi
Abdita mox pateant interiore sinu:
Quæ modò si licitâ discussis arte, manebunt
Quæ te Parentem recreent, dulcissimi
Tempore Conjugii præmia grata suo.

M. Petrus à Jena
Scholæ Servestianæ
Rector.

Sponsis

Sponsis lectissimis
Dno. GOTTOFREDO EHRHARDO
ET
MARGRETHÆ, M. CASPARIS MASCI,
b. m. relictae filiae.

BIS es beatus GOTTOFREDE, Palladis
Cultor fidelis, inclutum & JURIS decus!
Beatus in SOLO es; beatus in POLO!
Nam dum *Scientiâ* vales EHRHARDUS es
Hoc est, *honore durus* atque *masculus*.
Nunc MARGARITAM nactus es, non moribus
Duram quidem, sed *masculam* tamen fide,
Dignamque *honore*; honore digni scilicet
Quondam viri MASCI MAGISTRI *Filiam*:
Quæ *Margaritis* olim plurimis tuum
Torum, quod opto, ornabit & tuam domum,
Et sic eris satis beatus in *Solo*.

Ast cum bonæ usque *Conscientie* studens,
Vivās honestè, neminem lædas quoque
Tribuendo cuique jus suum, longè in *Polo*
Insigniorem *Margaritam* adeptus es,
Sicque es beator: DEUS nam PAX tua
Et fax manet, nunquam Tibi non prævia.

Honore durus interim longissimè
Dura atque *dura cuncta* vince pectore
Forti, DEIQUE PACE fretus, tam diu
Cum MARGARITA in *pace* vivas, quàm diu
Conchæ marinæ *margaritas* proferent.

Anno det elapso DEUS, GOTTFREDULUM
Ut, SPONSE, cernas lætus, ut MARGRETULAM
Anno secundo, EHRHARDULUM sed tertio!

*Christophorus Lebnius, verbi
divini apud Gerenrodenses mi-
nister, Affinis, F.*

A 3

PARA

PARAPHRASIS EIUDEM.

Gottfried/ der Ihr zu jederzeit
 Liebet Kunst/ vnd Geschicklichkeit/
 Auch lust habt zu den R E S P E C T all/
 Glückselig send ihr zweymahl!
 Glückselig hier im Jammerthall/
 Glückselig dort ins Himmelsaal!
 Denn weil Ihr send ein Weiser Mann/
 Ist billig E R N S T A R D B S ewr Nam.
 Denn von Ehrn send ihr hart vnd vest/
 Send Männlich / erwehlt stets das best.
 Darumb euch auch gegeben wird
 Ein Perlin herrlich schön geziert.
 Nicht zwar von groben Sitten hart/
 Doch hart von Trew vnd guter Art/
 Desgleichen werth aller Ehren/
 Nemlich des Ehrvesten Herren
 Magistri Masci Töchterlein/
 Die sein lust vnd Frewd pflag zu sein:
 Welche Ewr Hauß vnd Bettelein
 Künfftiger zeit wird zieren sein/
 Mit vielen Perlen / wünsche Ich
 Von Herzen ganz inbrünstiglich/
 Vnd also werd ihr hier zeitlich
 In dieser Welt sein gnug selich.
Aber weil neben guter Lehr
 Ihr euch stets thut beflissen sehr
 Eins guten Gewissen/ dann auch
 Ewr Leben führet Ehrlich noch/
 Niemand leid thut / ein jedern fein
 Mittheilet was da ist das sein;
 So habet ihr in des Himmels Thron
 Ein besser Perlin troffen an/
 Vnd also send Ihr selicher
 Weil ewr Friede ist Gott der H E R R/
 Ja ewre Sackel/ die (glaubt mir)
 Euch den Weg weisen für vnd für.

Unter

Mitredes/ der ihr Hart vnd vest
Seyd von Ehren / wolt lange vest
vnd hart in ewren Leben sein/
Auch hart vnd vest in Leidenspein :
Ja weil Gott ewr Fried ist allzeit
Wolt Ihr in Fried vnd Einigkeit
Leben mit ewrn lieben Perlein
So lang als Perlen werden sein.
Gott gebe/ vnd es werde wahr
Das bald nach verstoffnem Jahre
Ihr sehen mögt ein Grodfriedlein
Im andern Jahr ein Margriedlein
Vnd im dritten einen Erhart
Der an sich hab des Vaters art.

Præstantissimo & Doctissimo Domino
Sponso.

Amico Honorando :

NON mihi vena fluit. Quid tum? Sponfos celebrabo,
Quos pietas laudat quos probitasque notat.
Rarum Conjugium! siquidem qui fœdera pangunt,
Sunt pietate pares : sunt probitate pares.
Omen inesse puto. *Godefridus gratus JOVÆ:*
Atque *Choro* atque *Foro*, gratus & ipse *Thoro*.
Quid Sponfos sociat? Fratres? Regemque Gregemque?
Pastores & oves? *Pax in amore latens.*
Hos quid dissociat? miserè quid regnaque vastat?
Bellum. Cede procul. *Pax*que *Salus*que redi!
Pax in conjugio, Sponse ô Carissime, vestro,
Sit Tibi suave decus Sponsa petita! precor.
Omen inest: **V E R B U M D O M I N I** Margrita vocatur:
Quod cor confortet, lætificet, recreet.
En Tibi *Margritam* preciosam elegit **J O V A :**
Quæ cor confortet lætificetque tuum.

Sis

Sis, Godefride, Tuæ verè Godefridus Amicus!
Sit Margrita Tibi talis Amica! Vale.

Faciebam

Sebastianus Reinhardus
Ecclesiæ Dessanæ
Minister

Faustum in solennem festivitatem & festivam solennitatem Nuptiarum, Præstantissimo. Doctissimo Dn. Viri. Juvenis, GOTFRIDI ERHARDI, inclutæ Anhaltinorum Dessæ Advocati, Amici, Fratris & Fautoris sui inter plurimos præcipui &c.

ωεσφωvηα

Attamen assoleo, quamvis mihi sæpe Poësis
Torpescat, metrum versiculare meis.
Ante omnes, quorum Virtus mihi cognita summa est,
Quorum vita mihi & fama probata manet.
Ergò novis nuptis applaudo mente favente,
Ac horum ceptis gratulor ex animo.
Jova bonus cunctis vestris conatibus adsit,
Et tribuat vobis prospera quæque simul.
Præque November non revolutis mensibus adsit,
Quàm cunis jaceat, qui ferat ore Patrem.
Hæc mea Musa tulit; placuit mihi pangere pauca:
Pauca ergò accipite, & ritè valete, precor.

Αυτοχεδιασι

*Ita gratulabundus ex sincero
cordis & amicitie affectu
acclamab.*

M. Jeremias Pauli, Augusta-
nus, Scholæ Spandoviensis
p. t. Rector.

Juris

Juris, & æquarum præco fidissime *Legum,*
Quem sæpè ex animo consulit ore *Cliens.*
ERHARDE, ingenuis semper dilecte Camœnis,
Mnemosyne peperit quas sociate Jovi:
Nuncia fama venit, nobis gratissima fama,
Significans thalami tempora læta tui.
O te felicem! ô te terq; quaterq; beatum!
Ducitur in cujus Sponsa petita torum.
Sponsa saburrata, & tot onusta, refertaq; donis,
Quot mare habet pisces, quot polus altus aves.
Ecce Cypri regina Cygneis vecta quadrigis,
Cui jocus à latere hinc, cui omnes inde Charis,
Desuper in Sponsæ confert caput omnium odorum,
Et florum omne, manu luxuriante, genus.
Adde, quod & cœli venerabile Numen in ipsam
Non sua destiterit fundere rara bona.
Aspice præclaro prægnatam stemmate Sponsam,
Aspice præclaros nominis hujus avos.
Quis nescit *Mascos? Mascorum* nobile nomen
Notum est egregiis principibusq; viris.
Quin & Sponsa suis virtutibus aucta nitescit,
Quas canere & nullus sat celebrare potest.
Aspice, ut ingenuo castus *Pudor* emicet ore,
Splendeat & roseâ è Fronte serena *Fides.*
Aspice, ut in gracili sit casta *Modestia* gressu,
Mellaq; de blanda voce repente fluant.
Et munus quis tale oculis haud diligat ipsis,
Diligat immo ipso corde animoq; magis?
Sic est, mille legas quamvis è millibus unam,
Nulla, huic quæ antestet, spes reperire tamen.
Quare ama eam, nec ama tantum, sed & utere, quidni?
Natura has leges indidit ipsa tibi.
Præsta te atq; virum in lecto, *Godefride*, capaci,
Sentiat ut Sponsum Sponsa se habere suum.

B

Et

ro
tu
ta-
nis
uris

Et tu Sponsa tuum, ceu par est, dilige Sponsum,
 Cui cor inest factum de potiore luto;
 Quem fovet ipsa Themis, Charitesq; & doctus Apollo,
 Et cui doctorum docta corona favet.
 Laudibus at quid ego Sponsorum his immoror? actum
 Nonne ago? quid toties acta iterasse juvat?
 Finio votivo cantata melismata voto,
 Esse quod & jubeant Numina sancta ratum:
 Vivite florentes, concordēs vivite, leti
 Vivite, sed Pylii vivite adusq; dies.

M. MARTINO CRAMERO Scholæ
 Servestanae Conrectore.

ΨΗΦΙΣΜΑ ΓΑΜΙ-

Κ Ο Ν.

Ὅτ' ἄλμπω μεγάλη ἔρις ἄρτι πέλεσκε, γέμισε
 Ἐχθρὴ ἀληθοεπέῃ ἢ ἀφροδίτῃ ἔη.
 Ἐξζαυρον σφέτερον μὲν ἔχειν ἤμελλεν ἢ αὐτῇ.
 Γοίησε κρυφίως ἀλλὰ καὶ αὐτῇ ἑόν.
 Νεῖκ' αἰείρον ὁμῶς, καθάπερ Φιλόνεικοι ἀπαζαί
 εἰσι βροταὶ γνέσει, ἀθλίνασί τε θεαί.
 Μοιχείην ἀρεως ἀφροδίτῃ ὄνειδ' ἀκεί.
 Τῷ ἢ Φιλαρτωρίῳ καὶ ἀδίκημα θέμις.
 Ἡκῆκη κακῆνο τέως ἀγανακτικὰ νεῖκ' ἔη.
 Τάλλα τ' αἰθερίε θεῖα ἀπαντὰ θρόνε
 Ἡκῆκη, ἐπεποιήκη τε μὲν αὐτίκα βελῶ,
 Τῷ Διδοισομένῳ πᾶν τὸ ἔργμα θεῶν.
 Τῇ δὲ καὶ ἡ γνώμη ἴση, Ἐξζαυρον ἐφεξῆς
 ἀμφοτέρην μέλλειν εἶς ἀπολαυέμεναι.
 Ὀφλεῖται πρώτῃ μερὶς ἀνθεῖ ἢ μὲν ἔρωτι,
 Ὀφλεῖται ἀφροδίτῃ δηλαδὴ ἢ δὲ καλῆς.
 Νύκτα δίδω γὰρ κυπεροῦ καὶ Φιλῆ ἢ ἀφροδίτῃ
 Νύκτα, γέμισε ἀφροδίτῃ φῶς, Φιλῆ αὐτὸ γέμισε

Ἡκῆκη



Ηνέχθη καὶ ἄρεσσε πόλῳ ἡ γνώμη, ἄγαθαί
 Ἦνικα ἐβλήται αἰδὰ καὶ αἶα καλήν.
 Τῆ τ' αὐτῆ ἀγάπησε θέμις, καὶ μὴ ποθ' ἐκῆσα,
 Πουμπύλασσε αἶα τῆ κυτρεία πλέον.
 Καὶ (Φθαρτῶ ἐξὸν ἑὼ θεοῖς μακάρεσσιν νομίζειν
 Ἄνδρ') κέρσον καὶ γὰρ ἐκφέρω ἔτω ἐμὴν.
 Ἔστι κλέε κέρω ἀγορῆ νικῶ ἀρεσσαι,
 Αἶρεσσαι νικῶν ἔ λέγει ἔτι κλέε.
 ΠΡΑΚΤΙΚΗ ΑΛΛΟΙΩΝ περὶ οἰκίαι βα θυρηφί πελασῆ
 Οἰκοφί δὲ πρᾶγμα πρᾶσσε δάμαρτῆ ἀνήρ.
 Θῶα δρᾶσι, τὰυτῶ γνώμῳ λέξαντα, τὸν ἐδλὸν
 ΠΡΑΚΤΙΚΟΝ ἀμφοτέρω χήματ' ἀκκέμναι!

DECRETUM NUPTIALE.

Nuper agebatur Celò lis orta, *Themisti*
Æmula veridicæ Mater amoris erat.
 Defensura suum fuerat constanter **ERHARDUM**
Illam quidem, ast furtim fecerat hæcq; suum.
 Jurgia necēbant, ut sunt ad jurgia nata,
Feminei sexûs, seu Dea seu sit homo.
 Auri sacra fames *Themidi* & malè - flexio juris
 Objicitur, *Veneri Martis adulterium.*
 Audierant tales quoq; dedignantia rixas
Cetera fidereæ Numina sancta plagæ.
 Audierant, sua mox dederantq; ratissima circum
Vota, sacri litem compositura Paris.
 Vota, quibus tandem *Sententia* stabat, **ERHARD**
 Esse potituram post vel *utramq;* suò.
 Debetur primi pars altera floris *amori,*
 Debetur *studius altera* nempe bonis.
 Nocte vacet *Veneri,* gaudet Venus alma tenebris,
 Luce vacet *Themidi,* Lux Themidi apta magis.
 Lata fuit, placuitq; *Polo* Sententia, sed quam
 Non quoq; *Terra* potest non perhibere bonam.

Quâ Themis ipsa, invita licet, contenta quievit,
 Quâq; triumphavit de magis ipsa Venus.
 Et (si mortali cum Diis conferre beatis
 Fas) leve iudicium sic quoq; promo meum:
 Ferre trophæa Foro laus est, juveniq; decorum,
 Laus nec huic minor est ferre trophæa Torô.
 PRACTICA MULTIPLEX: Foris est peragenda Clientum
 Causa, sed Uxoris perficienda domi.
 Dii jubeant, qui iudiciumq; tulere probâruntq;
 HUNC audire, modô PRACTICUM utroq; bonum!

Himlisch Hochzeit=Brüchel.

EIN Streit gâling im Himmel newlich sich erregte/
 Wieder des Rechts Göttin Themis Venus sich legte/
 Herr Erhardten wolt Jene haben ganz leibeigen/
 Diese aber heimlich ihn auch zu sich thet neigen/
 Sie haderten /wie das Weiblich Geschlecht zu Joren/
 Beides Göttin vnd Menschen gleichsam sind geboren/
 Einander das Geseke sie sich weidlich scherffen /
 Ihr geiz vnd trug / ihr heimlich Buhlschafft sich vorwerffen/
 Also das auch dieses verdrießliche Gerümmel
 Die andern Götter allzumal hören im Himmel/
 Auch stracks die reiz herumb votiren in unwillen/
 Wie doch wol dieser beyder Hadersen zu stillen/
 Bis das endlich diesen Sentenz sie von sich geben:
 Auff gleicher beut Er ihnen hinfort solle leben/
 Dann halb ein Jüngling brauchen sol sein blühend Jugend
 In Lieb / die ander helfft in Künsten gut / vnd Tugend /
 Ein zeit sol Herr Erhardt Venus vnd Liebe pffegen/
 Ein zeit sol er sich auff das advociren legen /
 Die Himlischen diß Brüchel auch drauff publiciren/
 Wird auch auff Erd Niemand dawider excipiren,
 Die liebe Themis selbst content war / zwar ungerne/
 Aber Venus mehr gloriirt lächelnd von ferne /

Bnd

Vnd wann ich als ein sterblich Mensch mich dörfft drein mengen/
Wolt in einfalt hiervon mein meinung auch vorbringen/
Khümlich ist ein Jüngling ein Sach zu Recht erhalten/
Khümlich ist ihm / die Liebe nicht lassen erkalten/
Klippers gehört zum Handwerck vor Gericht stehn sichten
Vor sein Client / das Liebewerck daheim verrichten/
Ihr Götter nun thut Ihm gnädig favorisiren,
Vff beid Manier mit Ruhm vnd Ehr zu practiciren!

*Tabulam hanc nuptialem trilinguem, tanquam inviolabilem
benevolentiae arrham, ad sacram Amoris aram, in augusto
Honoris Templō, propter egregium Virtutis Sacellum,
Præstantissimo Viro DN. GOTFRIDO ERHARDI,
J. U. C. suo quondam in Academiâ Witebergensi Contu-
bernali, vinculo amicitiae nunquam-rumpen-*

dō suspendebat L. M. Q.

Joachimus Flemingus, Scholæ Dessanæ p. t.
RECTOR.

CHRONOLOGICA:

Septima Vt I FebrVI LVX VINCVLA sacra CVBILIS

Fert: tibi sic plgnVs sVaVe reVerfa Vehet.

Diesen neWen EhLeVten Laß GOTT geben:

Seln Irled / reCht Lieb / LelbsfrVcht / SterCt / Langes
Leben!

I. F.

*Antiquo Dn. GOTFRIDO ERHARDI amico
ac fratri honorando*

EST ita: quo nos fata trahunt retrahuntq; sequamur,

Namq; vagæ famuli fortis ubiq; sumus.

Dicere nemo potest, urbem hanc habitabo vel illam,

Uxor erit thalamo hac virgo vel illa meo.

Omnia conspiciamus fati parere, sed uno

Ipsa tamen parent fata, tenore Deo.

B 3

Inde

Inde Deum sequitur, sequitur qui fata, valebunt
Nam sine cœlesti Numine fata nihil.
Exemplo GOTFRIDE venis, te DESSA salutat
Civem, te SPONSUM virgine DESSA beat,
Dessa, tibi in mentem de quâ nil venerat unquam,
Illibi fortunæ fata latere tuæ.
Fatorum est igitur series. COSWIGA parentes
Dilectos puero Patria parva dedit.
Ingenium ingenuas coluit SERVESTA per artes,
Atq; tibi multo grata favore fuit.
Cetera LEUCOREÆ debes, sex ista per annos
Ac ultra docuit jura diserta Fori.
Nec tamen ISTA, nec ILLA, nec HÆC possedit *Alumnus*
Digna, laboravit quæ nihil, IPSA tenet.
Sic quam non sevit segetem quoq; demetit arvis
Multus, & alterius, dona laboris habet.
Leucoris alma olim mensæq; domusq; cubilûq;
Ejusdem socios vidit utrumq; diu.
Et jam distrahimur fati? non una duobus
Mensa quidem, conjux, & domus esse potest;
Urbs poterat tamen esse, domus vicina, sodales
Esse alio titulo sic poteramus adhuc.
Fata secutus es, & meritò, felicia fata,
Fata Deum autorem suntq; secuta suum.
Didet amicitiam nunquam disiuncta locorum
Parva plaga hæc, firmam quin mage reddet eam.
Tedia nos capiunt rerum, quas semper habemus
Nobiscum, at raris gratia major inest.
Sed Tibi jam Sponso JUVENI de VIRGINE Sponsâ
Gratulor, & thalamo prospera quæq; precor.
Alma DEI PAX vestra regat connubia, mense
MASCULUS à decimo, aut MASCULA fructus erit.

scribat
LUCAS von Berge Servest:

Ejus.

E J U S D E M
TRANSLATIO GERMA-
NICA.

Es bleibt dabey: Wies Glück thut fügn/
Daran müßn wir vns lan genügen /
Dann sol ich anders sagen recht /
Das Glück ist Herr / vnd wir sein Knecht /
Niemand kan sagn / Jen / oder Dieß
Stad sol mein Wohnung sein gewiß /
Niemand kan sagn diß Jungfrewlein
Oder Jen sol mein eigen sein /
Dem Glück alls vnterworffen bleibt /
Doch Gott dem Glück sein zeit vorschreibt /
Wer nun folget dem Glücke sein /
Derselbe folget Gott allein /
Dann ohne Gott das Glück nicht kan
Dies oder Jenes fangen an /
Dessn thut vns ein Exempel gebn
Herr Erhardt mit sein Wandl vnd Lebn /
Dessaw ihm ein Wohnung beschert /
Dazu ein Braut viel lobes wert /
Dessaw so niemals kommen hin
Zuvor Ihm war in seinen Sin /
Auff die er nimmer hatt gedacht /
Daß sie ihm würd solch Glück han bracht /
Coszwig hat sonsten ihm das Lebn
Vnd seine liebe Eltern gebn /
Zu Zerbst hat er viel Jar studirt
In Künsten vnd Sprachn proficirt,
Ihm sonsten auch die löblich Stad
Viel liebs vnd guts erzeiget hat /
Das ander aber alls angeht
Der brümbten Univerfiter.

Witten.

Wittenberg / da er Jura zwar
Studiret hat vber sechs Jahr.
Nun vnter diesen dreien kein
Hat er können bescheret sein /
Die kein Finger geleyet an /
Dessaro / die bringt das best davon /
Also vielmahl auch einer mehr
daer zuvor nicht hat geseht /
Was einer arbeit mit verdrus
Davon einander hat genus /
Zu Wittenberg vor ehlich Jarn
Wier beyde Stubngesellen warn /
An einem Tisch in einem Hauß /
Wier han gehabt manch guten Schmauß /
Das Glück nun von einander scheid
Die besten Freund so lange zeit /
Zwar weis ich wol das wir nicht beid
Ein Haus ein Tisch könn han alzeit /
Viel weniger auff beider Leib
Zu warten nur ein einzig Weib /
Gleichwol wir hetten können sein
In einer Stad zwey Nachbarn sein /
Einander alle Tag zusprechn /
Bisweilen auch ein wenig sechn /
Aber er hat gefolgt dem Glück
Welchs an ihm vbt kein arge Tück /
Wir bleiben doch wol gute Freund /
Ob wir gleich nicht beisammen seind /
Ein Ding das man hat alle Tag
Offtmals man nicht mehr sehen mag /
Was einem aber selten kumpt
Dasselbe man mit Fremd annimpt /
Gnug. Jetzt wünsch ich dem Herrn Breutigam
Sambt seiner Braut in Gottes Nahm

Ein

Ein Liebreich vnd Glückselich Eh!
Daß ihnen ewig wol ergeh!
Im Jahr was Kleins /nach Gottes Fried/
Das sey das End von meinem Lied!

Quod Deus in prima sancivit origine mundi
Quodque una jussit vivere carne duos.
Hoc ipsum Gotefride facis, quia deligis unam
In vitæ sociam conjugiique fidem:
*Moribus integris, nec non juvenilibus annis,
Imbibat ut mores, ceu nova testa, tuos*
Nam pro lege viri mores servare tenetur
Uxor, inoffensum si velit esse virum.
Idque etiam Sponsæ mystes indicit ad aram,
Quod subjecta viro debeat esse suo.
Attamen hoc illam rarò præstare marito
Cernas, nupta alii quæ fuit ante viro
Quin magis ipsa viro planè imperitare secundo
Illumque arbitrio vult cohibere suo.
Hoc ut vitetur, juvenis cum Compare vitam
Ducat & uxorem de grege Virgineo.
Ergò quod ex voto tibi cessit, Sponse, subintret
MARGARIS hæc thalamum, bella Puella, tuum.
Cujus amore frui licitè, Primusq; Pudoris
Virginei florem carpere jure queas.
Inde placet votis aliis mea jungere vota:
Hoc etenim noster postulat arctus amor.
*Conjugium felix, concordia mutua, Proles
Florida, labe carens vita, Perennis amor.*

Honoris, Amoris & Favoris E.

M. Johannes Röllichen Schmi-
debergensis S. S. Theol.
Studiofus.

C

JODUS



JOCUS NUPTIALIS.

Auspicio felice torus succedere dispar
Non potus, est hic res plena periculi amor.
Secula conjugio fermè nostratia ludunt,
Impariles parili fœdere quando ligant.
Deijciendus erat qui jam de ponte, veretur
Uxorem pupam non adamare senex.
Sic quoq; sic hodie multum, juvenilibus annis,
Esse virum viduus, non vetula esse pudet.
O monstrum deforme; tripes si mellea nympha
Succinere rapit & fœtidus oscula senex.
Infandum facinus; juvenis sectatur amores
Si vanos viduae, seu quoq; rancida anis.
Viribus iste suis, miser heu, diffidit & arti,
Et magis à Viduâ est pendulus, atq; Deo.
Non solo se namq; Deo, sine divite, credit
Conjugio viduae sufficienter ali.
Ista colorari nullo connubia fuco,
Defendi nullo prorsus amore queunt.
Namq; trahit juvenem ad solam natura puellam,
Nativo vetulam nullus amore calet.
Trita manu multâ dudum, rosa displicet; ipsâ
Quæ decerpta modò est arbore, pura magis.
Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci,
In vetulâ parvum est utile, dulce nihil.
Vos testor, vestrum cor, si quid habetis inertes,
Qui viduus juvenes vota marita datis.
Dicite (nî pudeat rem dicere) dicite, quonam
Quisq; amat affectu, quo calet igne suam?
Junior haud quod ab hoc vidua ordine prorsus amatrix,
Scripturam contra, sit prohibenda sacro.
Nec quod ab hac viduus sanctâ removendus amator
Lege fuat, modò si nubat uterq; pari.
Conjugium par sit, juvenis teneraq; puella:
Sit viduæ ac vidui: sit vetula atq; senis.

Sed

JODUS

Sed juvenum lex est, panem qui propter, amores
 In vetulis simulant, connubiumq₃ petunt.
 Lexq₃ puellarum est, gazam que propter amores
 In senibus simulant connubiumq₃ ferunt.
 Nam neq₃ conjugia hac, male sed conjurgia sunt,
 Infilic Uxoribus quando maritus opes.
 Fallitur & juvenis viduæ vetule marito
 Sæpe, suâ fundam nam sine fruge colit
 Fallitur & vetula, & merito, quæcumq₃ juvenco
 Nubit, habet taurum, pastum it at ille foras.
 Fallitur atq₃ senex, merito & cui pupa cubili
 Servit, habet messem, sed colit alter agrum.
 Fallitur & vetulo malè-nupta puella marito,
 Quippe vel in medio fonte carebit aqua.
 Nubite vos vobis juvenes nymphæq₃ jugalis
 Fraude frequentatâq₃ est cariturus amor.
 Nubite vos vetula vetulis, & ducite vobis
 Vos vidui viduas, par quoq₃ vester amor.
 Laudatur paritas omnis, quia gignit amorem
 Et fovet, imparitas semper avara mali est.
 Propterea sapienter agis, Gotfride, puellam
 Quando tibi juvenis jungis amore pari.
 Ite procul viduæ, vetule procul ite, carentes
 Jucundo, constat quo thalami omnis amor
 Este procul Viduæ, Vetule procul este, moramur
 Non gazas nos, non mollia strata, domos.
 Imbibimus quondam in ludis: ora atq₃ labora:
 Providus adjiciet cætera cuncta Deus.
 Ite, pigrum juvenes pecus, tunc procul ite, maritæ
 Quos pascunt, labor & quos alienus alit.
 Phui pudeat perversum hominum genus! excrementum
 Heroum juvenum; turpe suiq₃ probrum!
 Vive decus juvenum in sponsâ Gotfride, venusta
 Virgine, mors vetula est, vita puella viri.
 Cresce, dabit sobolem virgo sua pignora, rixas
 Dat vidua, in vetula crescere nemo potest

De meliore tuto vos, fidite, ducite Nymphas,
Degeneres, viduas ducite vos & anus.

Amicitiae & gratulationis Ergò f.

P. G. Wiledens ꝛ T.

NON benè conveniunt *Amor & Dea Juris* in unum,
Et quis cum certent jurgia semper habent:
Quisque suas *leges*, quisquis sua *Jura* tuetur.
Non simulata *Themis*; sed simulata *Venus*
Sacra colas *Themidos*. Perière *Cupidinis* arcus:
Vitat *Amoriparam* nam *Themis* usque *Deam*.
Quid loquor ast? verso jam nunc cuncta ordine aguntur
Dum benè, cum *socio* constat *Amore*, *Themis*.
Aônii nam mysta potens, *Erharde*, sacelli,
Cultor ades *Themidos*; cultor *Amoris* ades.
Sic *Venus & Themis* alma novis amplexibus ambæ,
Et paribus pangunt foedera blanda, modis.
Quid facies nova, quid præposterus ordo minatur?
Conjugium spondet fertile, fausta dabit.
Aurcolâ sic intus *Amor* flammâ uret amantes,
Quo vigeat multâ postmodò prole torus.
Æquiferâ sic lance, *Themis* mala jurgia tollet,
Quò valeat, fato prosperiore, domus.
Auguror hæc, opto simul, omine ritè secundet
Omnia, qui junxit pectora bina, *DEUS*.

Johan-Ernestus Charicus SS. LL. St.

Quis durum, quis corda domat, quis pectora mulcet,
Inconsueta Jugum ferre decenter? *Amor*.
Cerva fugâ cunctos superat, *leo* robore cunctos:
Jussa tenet *Veneris* sed *leo*, *Cerva* tenet
Quis *Jove* magnanimo, quæso, quis *Apolline* major?
In sua vincla tamen cogit utrumque *Venus*,
● **OMNIA VINCIT AMOR**: Cur non *Erhardus* ab illo?
Omnia ceu, *durum*, sic quoque vicit *Amor*.

Baldi

Bald/bald/Herr Bräutigam seht euch vmb/
O Braut schawts/Wunder an/
Was schwingt sich dort im Lufft so rumb/
Seht / seht / wie schöne Flamme!
Wie helle strahl
Dort vberall
Gläncken so wundersam;
Ist niemand hier der sieht von fer
Was wunder diß mög sein?
Zu sehens/ fürwahr/ je mehr vnd mehr
nimbt zu der Flammen schein/
Vnd immer näher
Hier: Rucket hehr
Erleucht diß Ort seer fein.
Ist nicht vielleicht ein springendts Feuer
Capra saltans genant?
Ist es etwa sonst ein Abendthewer
So der Natur bekandt
Ignis fatuus?
So mit vordruß
Die Leut verführt im Land.
O nein / o nein/ ist sichs gank
Amor darbey selbst ist/
Das ist sein Glanz / das ist sein Glantz!
Also er sich außruß
Sein Liberey
Man kendet nun frey/
Hier: nahe er ran zur friest.
Ist schwingt er sanfft die Flügel sein/
Standt er wird halten bald/
Ist steht er/ ist/ wie ich vormein
Hehr kehrt er sein Gestalt/
Wird zur bravadt
Vnd grossen schadts
Sehn lassen sein Gewalt
Gantz rufft er diß D

Izt stelt er sich zum schiessen an/
Herr Breutigam seht euch für!
Izt sein Geschosß der kleine Mann
Spandt auff nach sein Manier/
Schnurrechts hieher
Izt ziele Er/
Nun wird sichs machen hier!
Izt kracht der Bogen / dückt euch schnell
Herr Breutigam ohne scherz!
O schlecht versehn habt ihr ewr stell
geht doch der Pfeil durchs Hertz!
In Ohmacht gar
Nun liegt ihr dar
Erblast vor lauter Schmerz!
O Grausambkeit o Tyranney
O Grimmiger Amor!
Wie groß dein Macht vnd Glam nun sey!
Spüret jeder mit tremor/
Die Menschenkind
All vberwind
Dein Gwalt vnd groß Vntrew!
hardt/ ihr Herr Ehrhardt/ war wol heist/
So fehlts auch nicht an That/
Ewren festen Muth/ ihr oft erweist/
Manchem mit trewen Nahe
Aber Venus arth
Bricht durch alls hart
Wie ihr endpfunden hat.
Doch nicht erschreckt werd nicht so roht
O Breutlein Zugendreich?
Der Breutigam liegt nicht auff den Tode
Von Lieb sieht er so bleich!
Amoris Bund
Nicht tödt zur stund
Ob schon schwer ist die Seuch.
Seht euch selbst für nembt euch inacht/
Von Lieb ihr selber brind

Die

Die Flam/ so ihr sonst offte vorlacht/
Euch nun hat ganz erkünd
Ohn alle fehl/
Durdringe ewr Seel/
Ewr Herr mit Lieb vorbind/
Was hiffes' ihr seyd ein Venus-Kind/
Lieb euch drum wol anficht/
Zu euch ohn allen schew sich find/
Von euch abweicht nicht/
Mit grosser Frewd/
Vnd Liebligkeit/
Bey euch Lofier anricht.
Hierauff wol merckt ihr Jungfrewlein
Schlagt Amor nicht im Wind/
Legt euch bey ihm gefangen ein
Mit Schmerz er sonst euch bind/
Des Amors Gnad/
Sucht früe vnd spad/
Bey ihm zu Dienst euch find/
Solchs' ihr wol wist Herr Breutgam werch
Drumb nicht in Lieb vorschmacht/
Hierdurch nur fast ewr Glück sich mehrt
Wenn ihrs' nur recht betracht.
Zieht auß in eyll
Den scharffen Pfeil
So Amor euch zubracht.
Medicament ihr habt zur Hand
So euch kan heilen gar/
Auslöschten stracks Amoris Brand
Vortreiben ohn Gefahr
Im Augenblick
Als Ungelück
So euch ist ist contrar
Drumb achtes' nicht hart sucht wiedrumb für
Ewr Contendels gar bald
Ew:

Ewr alt Courage laßt sehen ihr/
Ewr fröliche Gestalt
Vff alle manier
Laßt blicken hier/
Schickt Trawrigkeit im Wald.
Denckt wie die Götter allzumall
Ihr Dienst euch offerirn,
Wie Glückes Frewd Planeten all
Am Himmel prædicirn,
Kein böß Adspeckt
Euch gar nicht schreckt/
Alles euch nur thut favirn.
Hier Hymen/dort Fraw Venusin/
Themis an jener seynd//
Erfrischen ewer Herz vnd Sinn/
Mit ihrer Freundligkeit/
Euch alls plaisier,
Erweisen schier/
Euch nur erwecken Frewd.
Fortunæ Mildigkeit betracht/
Ihr groß Geschenk seht an/
Nur euch allein sie stets anlacht/
Euch Ehr als ihren Galan.
Fortunæ Gnad
Im höchsten Grad
Schwebt für euch vnd bleibt stahn.
Junonis Gunst auch nicht vorgest
So ist gleich kömpt daher/
Zumehren ewer Frewd auffß best/
Euch zu bezeigen Ehr/
Schawd an ein Band/
In ihrer Hand/
So köstlich glänzt von fer!
Ein Band so voller Liebes Flam
Die nimmer gar zurindt!

Vor

Vorstrickt/ vnd sehet fest zusammit
Zwey Liebend' Menschen Kind/
Beyd Seel vnd Herz/
So starck als Erz/
In Lieb vnd Treu vorbind.
Drumb zu ihr bald hieher euch wend/
All ewer Sinn außbreit!
Izt streckt außs Juno ihre Händ
Schon/ euch zubinden beyd:
Izt bind schon hart
Die Göttin zart/
Strick euch nun fast ohn End.
O süßes Band dich stets Erhald
(Wünschich) der Treue Gott!
Dz mög stets weren dein Gewaldt
In Freyd/ in Leid/ in Noth/
Bi's beydr Seel/
Durch Gotts' Befehl/
Hinreiß der Grimmig Todt!

ET mellita favis, habeat sua verba Latinus;
Et Germanus habet prædita verba favis.
Ergò & si Tybris colit & sua dicta tuetur:
Teuto suis meritò gaudëat anne' sonis?
Ernestinus von Godentiis.

PER SPICILLUM PROCORUM
S I V E
Löffler = Brill.

Nullum stolatò cur pudore perfusum
Nymphæ implicatum vinnulæ expapillatis
Dormit lacertis, plebis arbitræ vox est.
Effare sodes ergo, quisquis hoc vulgi
Verbum probasti sæpe forsit, ERHARDUM
Nostive nostrum, quæso quî fit in lecti

D

Partem



Partem quòd ille fortiatur insignem
Urbisq; nostræ principem puellarum?
Hic nonne solus, vel timore percussus
Pudore vel suffusus, aurei teli
Exlex iisse visus est, domi semper
Contentus & vocationis in metâ?
Nec ustulatus ferridò frequentavit
Amore limen Virginis, nec exivit
Nocturnus occentare ad ostium sævos.
Tacti dolores pectoris, nec exceptum
Se concupivit oscula ad Dionæa.

Habete testes! Leucoris simul vidit
Nos Candidatos artium, Facultatis
Sed disparis. viditque Contubernales,
Lætosque sæpe vidit, at nihil nostrò,
Quâ nostra sivevit abripi frequens turba,
Amationis vidit in novò Sponsò.

Tu Dessa prodi nunc, & ipsa vidisti
Tuum fat incolam, sed anne vidisti
Tu fortè quid? nec ipsa credo vidisti.

Sic nempe, sic quieta stagna, sic stantes
Lamæ, in quibus pericla nulla speramus,
Profunditates occultant inexhaustas!

Verùm actitavit admodum catè, si vis
Amare felix, cautè ames, ames tectè,
Ne turpe fias drama garrulæ plebi,
Ne Candidatis tesserae & tabernarum,
Ne sycophantis & calumniæ servis,
Quos sanna pascit; lingua quos adulatrix,
Matercularum aut stridulo gregi, nato
Garrire de bonis malè ad suos furnos,
Novella sordidove balneatori
Ad hospites ferenda res lavaturos,
In officinis cantilena netricum
Ad scamna lotricumque fabulamentum.
Crevisse quassas mutuò voluntatum.

Utrinque

Utrinque motu vidi ego auspicatorum
Spe fructuum quondam faces amatorum:
Ac vidi easdem perfidis statim invisas,
Tandemque cuncta molientis indignè
Lite obrutas Livoris atque sopitas.

Confecit Hic secundiore fortunâ
Hoc æquor, optatô carina stat portu,
Amator innotescit ipse momentô

Quo Sponsus, invidus loquaculis lingvis.

O præ misellis tot procis procus felix!
Injusta non noverca, justa sed mater
In igne cui fortuna; calda de votô
Cui vota cedunt, cui pios in amplexûs
It vera pulcræ idea virginis Virgo.

Heic vos adeste paululum mihi, quæcis est
Ambire mens pulcerrimas puellarum,
Docebo vos pulcerrimas puellarum.

Aut, sultis, intuemini hanc novam sponsam
Sponsi futuri vos, habetis exactum
Vobis legendæ conjugis bonæ exemplar.

Hanc, sultis, intuemini novam sponsam
Sponsæ futuræ, & vos habetis exactum
Vestri bonarum, & laudis omnis exemplar.

Virgo videtur sæpe pulcra non pulcra,
Non pulcra virgo, fictiles coloravit
Fucata cui malas rubedo, cui collum
Cerussa, cui sandix crocusve cinnos.
Cui cuncta disciplina corporis cultus,
Summumque vestium & monilium luxus
Bonum, nec ista, quæ superba quadratos
Et fluctuatos ponè gyrat incessûs,
Humana temnit vultu, nescit audaces
Frenare gressûs impetûsque sublimes.
Nec quæ reciprocum vocat sub aspectum
Se semper ad suum vitrum, bene ornata
Deinde fenestris progredi juventutem

Observat, aut bonis proterva post tergum
Ciconiarum colla curvat, affingit
Notasve nominis viris honorati,
Post ociosa turpiter super sellâ
Conquexit ostrinâ, reconditis palmis
Sub veste, svave mure de peregrinô
Olens, peruncta, de que capsulis tota.
Nec foeda quam coqvrit libido, vel fervor
Præmetiens annos pudendus exercet
Lasciviozem vel voluere, deflevit
Vatis puella cujus anxie funus.
Nec quæ procos in hortulos & in villas
Et prata provocat, superbit & longâ
Amatione, disparesqve Rivales
De nocte posticas per & fores cæcas
Calim receptat, mittit è fenestellis
Responfa, symbolumqve dat reversuris,
Et ducit in multam leves choros noctem,
Et oscula lasciva excipit catervatim
Libantium, cervice nil supinatâ.
Ut mille tela cedere inscius murus,
Immobili stans nixa pressius plantâ.
Labella sponte velga porrigenz contra,
Et voce blandâ basisqve conditâ,
Nihil morata præfides, viri pendet
Diffusa collô, vel latus, relegatô
Pudore, & hinc & inde stringit, in morem
Quæ vitis ulmum claudit impotens solvi.
Cum glire post dormitat, usq; dum ad mensam
Collisiones orbium vocent lectô.
Nec, cui torô mensaq; vile scortillum
Anusve lena fervit, & docet nupta
Callere verba, & erudit peregrinam
In parte quintâ, dona fert, amatorum
Reportat, argenti, seqvax, crumenarum
Pellex, puellarisqve venditrix osculi

Nec,

Nec, sordidò quæ semper hæret in peplò,
Et vitat aspectûs, itat vel ut reptans
Fumante de fornacis ore porcellus,
Vel visitavit si quæ felis ollas &
Testas culinæ, verticis glomum atrata,
Quàm Virgini, horrendo propinquior monstro;
Lactantis instar aut sinûs puellares
Relaxa feminæ, pedes vel & calces
Spurcata, ceu reversa rure quæ putre
Virgo explicavit rusticana lætamen.

Videtis euge, quid periculi vobis?
Videtis inquam, amore vos maritandò
Capti? nisi ebrii cupidinis philtro.

Nomen meretur ergo Virginis pulcræ
Demum ista, quam domi forisqve honorata
Stirps laudat, in fitæqve fama virtutis,
Castiq; mores, nescium doli pectus,
Et omnis expers fraudis & carens fucò,
Cui dos honestè parta, parva quantumvis,
Non parva semper parva, magna dos magna est,
Dos optima est virtus, Deo ac honestati
Dicata vita, gens superba quam nescit.
Præstat supellex curta & æs honoratò
Labore partum vi pecuniæ magnâ
Raptæ scelestâ prorsus arte & infami.
Damnatur æruscator omnis, annonæq;
Igni flagellator peribit æternò,
Bonis nec ipsorum fruentur hæredes,
Sed ostiatim colligent sibi panem
Est pulcra porro, quæ modesta, quæ comis,
Rivalitatis nescia, omnium & fraudum,
Cui Comus haut Numen, Chorea non Diva,
Cui salvus est nulli pudor pitissatus,
Cui zona non manu soluta fallaci,
Quæ scit labores ferre, quæ suum fufum
Versare, præviamq; lucis auroram

Prævertere excusô sopore, devota
In vota & ardentis preces & in psalmos
Piosq; rythmos solvere ora, non in va-
Nas vana nugas aut modos bene obscenos.

Hæc viva non fucata Virginis pulcræ
Imago, non vel invidentiæ ducta
Colore, contumeliæve carbone,
Mî quippe mens non est ferire divarum
Spectacula formarum, genusq; divorum
Et Angelorum vultu, Juppiter vertat!
Nam mens honesta contumeliam nulli
Infert, nec hoc telô petita succumbit.

Certæ nec hostis ista scripsimus genti
Urbive certæ, ubiq; scilicet pulcris
Et præditis virtute sunt malæ mixtæ,
Nec semper omnes una ferre virtutes,
Nec criminum omnium argui potest una,
Virtute sæpe nobili triplex crimen
Albescit unâ, unâq; nobili labe
Contrâ nigrescit sæpe multiplex virtus.
Ludi jociq; sunt meri, Poëtarum
Dandi furoribus [mihi Poëtarum
Hos non-poëtæ pace fas sit effari]
Ut penicillis ductibus Pictorum,
Certant utriq; sæpe cum suis larvis.

Quorsum sed heu Camena proruis portu
Adverte tandem debitô anchorâ jactâ.

O te beatum, Sponse, Nympha cui nuptum
Imago virtutum datur decorarum!
Virtute virtus nempe digna, nec passa
Unquam repulsam, præferat bonæ quamvis,
Cui prosperum felixq; crimen est virtus,
Ætas famelica æris impium lucrum.

Nox illa, castis hæctenus tibi votis
Multum petita, quâ tuum petet lectum
Propterq; dormiet puella, quæ virgo

Hac

Hac esse desinet, maritus exsurges
Novusqve luce tu novâ, supernorum
Favore tandem proximare jam cepit.

ERHARDE adesto, adesto jam, puellari
Pudore postô, Vir requireris, tenta
Primos & invios rudes & amplexûs
Sponsæ, nec intulisse vim repugnanti
Heic turpe, vis hæc casta, visq; concessa est.
Connubiali castitas adaugetur
Regina virtutum torô piis Nuptis,
Invisa vitæ celibi nimis virtus.
Intrate lectum, intrate collabellantes
Amiciter, vires periclitaturi
Coite, nil est huic periculi bello.
Qvin sic tropheum semper annum belli
Belliq; bellum vos manere donativum
Edico vates augurorq;. Sed tantum est.

*Ad palastram saltatoriam
suspendebat*

CHILIANUS GEMMOFIUS.

In Alter Mann ein Schüsselkorb
Pflegt werden züerglichen
So nichts nütz ist / vnd lauter mörb:
Welchs denn auch auß den Griechen
Ein trefflicher Scribent deut an
In dem er schreibt gar schone;
Daß im Bratspieß vnd Alten Mann
Gleich Lust / gleich Freude wohne.
Deswegen ein Jungfrau hat von Jahren
Bis euserst wird verführet
Wenn sie so einen alten Mann
Wird Ehlich copuliret,
Vnd muß in ihren jungen Tagen
Ein altes Leben führen

Auch

Auch offte mit grossen Schmerz beklagt
Das sie so muß erfreren.

Wenden hierher gesehen han
Der gang Juristen Schaare/
Vnd drumb den Legem Papiam
Gegeben/ darin die Laare:
Das ein alt vnd gang Kalter Bock
Nicht wieder sollte freiben
Aus Venus Geschlecht ein zarte Doct/
Herblühend wie ein Meyn.

So wer nun billich das man auch
Nach dieser Säkung lebe/
Vnd solche mit stets festem Brauch
Den Folgenden heimgebe/
Auch gar wol darbey nehm in acht
Was der Hochweiß Poete/
Hiervon in schöne Reim gebracht/
Vnd gar viel zur Sach there.

Es gehet aber Heut zu Tag/
Das leyder zubeklagen/
Wer nur ein wenig hat Verlag/
Dem darff man nichts sagen/
Die Alten Filschüt prangen her/
Mit ihren Silbern Taschen/
Die Braubärd sind verstuget sehr/
Behn allenthalben naschen.

Wenn sie etwas Gehirns noch spürn /
Muß ein Dam sein genommen/
Vnd solten sie schon alls verliern/
Betrachten nicht ihn frommen/
Verachten auch des Freundes Raht/
Der Sohn muß gar nichts gelten/
Wenn Ihn der Bruder etwas sagt/
Thun sie sehr auff ihn schelten.

Wenn nun das Bisplein Grüs verschüt/
Thun die Alten Gänse lauffen/
Zum

Zum Quacksalbern mit grosser Bitt
Gut Würfeln einzukauffen/
Auff daß sie ihr Bettkönigin
Gebürlich mögn tractieren/
Vnd sie nicht etwa ihren Sinn
Von ihnen dürff abführen.

Sie aber seind geschickt zur Sachn/
Gleich wie die Saw zur Spindel/
Die Gäckel können doch nichts machn
Davon man weschet die Bindel/
Es ist doch lauter Humpelwerck/
Einr Jungen Helden Liebe
Erheischt einr Jungen Ritters Stärck/
Vnd nicht ein Welcke Riebe.

Daß Ding wil auch Hertz fressen nicht/
Mit Fleisch muß mans abspessen/
Wenn nicht mehr wollen halten stich
Die Krafft-safftlosen Greisen/
So laß das Junge Weib alsbald
Ehelffers advociren/
Welch' ihr den Rock steckn in die Falz/
Vnd sie baß thun curieren.

Daher denn jekt die ganze Wele
Fast voller Hanrenn worden/
Da hilffet keinem Gutt noch Gelt/
Er muß mit in den Orden.
Vnd zwar gar recht: Denn wer nicht kan
Ein Sache selbst verrichten/
Muß einen Advocaten han/
Der sie ihm helffe schlichten.

Derhalben es wol angestalt
Hat vnfre Braut lobsamme/
So ihr erwelt ein Jungen Helt/
Den sie begert zum Manne/
Mit dem wird sie in Freundligkeit
Zubringen all ihr Leben/
E

Gentessen

Geniessen auch viel Liebligkeit:
Der Ehlichen Weinreben.
Vnndtzig dieses Edle Par:
Wil sein allhier zu loben/
Ihr Ruhm / ihr Preiß wird immer dar:
Sonst bleiben wol erhoben/
Hochzeiter vnd Hochzeiterin
Seind eins dem andern gleiche/
Sie führen auch bey einem Sinn/
An Tugend sein sie reiche.

So mag ich auch nicht melden an:
Die Eltern vnd Verwandten/
Von welchen ihren Ursprung han/
Dieß bend' in Lieb bekanten/
Weil solches auffer zweiffel schon.
Der Mild Poet præstiret/
Mit dem Dessaw / als Phœbi Sohn/
Hochtrabend her braviret.

Das sag ich: ob die Music wol:
Verbeyt das Fürstlich Traroren/
Die Fröligkeit man drum nicht sol/
So ganz vnd gar vermauren/
Heut sol sich lustig Weib vnd Mann:
Bey diesem Fest erzeigen/
Ein jeder sol in Busen han/
Posaunen / Pfeiffen / Geigen:

Herr Breutigam brauchet euch auch der zeit/
Seyt nun dahin gestessen/
Wie ihr angehen wolt den streit/
Vnd ewer Muthlein büssen/
Die Festung muß Heint sein gestürmt/
Lasset euch nur nichts verdriessen/
Es wird drob niemand sein erzürnt/
Thut wacker nur drauff schießen.

Fort / fort / nur immer frisch hinan/
Die Bettmawr lasst frisch krachen!

Rein

Kein Tromme besser klingen kan/
 Der Feind wird selbst drob lachen/
 Es wird euch Amor geben Sieg/
 Cupido wird euch lehren/
 Den Nectar süßen Venus Krieg/
 So euch wird Freud gebehren/
 Und ewren Namen mehren/
 Zu Gottes Ruhm und Ehren/
 Der wol euch auch bescheren/
 Was ihr nur werd begehren/
 Hingegen das abkehren/
 Was euch je kan beschweren/
 Und ewer Lieb versehren!

Warman Haberecht
 Pratenfis Saxo.

**Poetischer Rath an den
 Brutigam.**

Herr Brutigam wenn ihr auß der Braut
 Wolt machen eine Frau / so schawt/
 Nembt weg von ihr das Fördertheil
 Und steckt ihr an die stat ein Keil
 Verhawet ihr hernach den Schwanz/
 So wird ein Frau drauß werden ganz.

B rau
 7

Noch einen Rath ich euch mittheil/

So wir sonst keinem andern feil/
 Als nemlich : dz gar ein leicht Sachn
 Auß Jungfr ein Jungfrau zu machn :
 Schiebt ihr etwas ins Mittel nein/
 Bald drauff wird sie zunehmen fein /
 Und hengt ihr an hernach ein par
 Ein Jungfrau wird drauß fürwar.
 Solchs könt ihr nun heint practicirn
 Und vns auch morgen avisirn.

Jung fr
 e
 au

Ejusdem.

Sæpè venit fortuna Tonans, licet ipse sonantem
 Discupiam! sic est, omnia fata regunt.

E 2

Pro-



Pronuba Juno, Hymenæe adsis, & Gratia lecto,
Dico: sed in thalami culmine bubo sedet!
Non uni Cræsi, Crassi, Cinyræq; precatus
Divitias, vidi Crassium obire diem!
Mathusalæ, Jani de Tempore, Nestoris annos
Sæpius huic vovi, quem mihi junxit amor:
Verum puppa, Phaon cecidit! Quòt &, annule Gygis,
Te possedissent, si mea vota rata?
Viveret Abronis vitam, Sey absq; caballo,
Absq; Tolosano viveret ære, M I S E R.
Cætera jam fileam: nam Ephesinæ sæpè fuere
Litterulæ, & vanæ sæpè fuere meæ.
Cur ergo exoptata loqui sermone profundo
Appeterem, invitæ cum fera fata trahant.
Et, G O D O F R E D E, Tibi quod MARGARIS obtigit uxor
Est fatale; aliis clausa fenestra procis.
Et, C O G N A T A, Tibi quod prudens junctus ERHARDUS
Est fatale; cohors virginum id omne probat.
Fiat velle D E I: solus D E U S optima novit
Quodq; salutiferum est. Hòc cecinisse sat est.

è privato Cotheneo missus

à

GREGORIO Schneeweis.

Grabschrieffe

Der Braut Jungferschafft.

Herr hat die Jungfer Blum ihr sehlig end genommen
Herr Erhardt ewrer Braut/die heut frù noch volkommen
In ihren Garten stund, / nun liegt gemener ab/
Weiß nicht mit was für Seng/hier sie in diesen Grab.
Hüt dich, o Venus Volck/mit dem du bist gezieret
O Dessau / werthe Stadt/solch Seng dir auch gebüret/
Welch dir ansehen wird die Bitter süß Göttin/
Eh denn dein Frùling schön sein Abschied nimmet hin.

PAULLUS ALBERTI

Servestanus.

Ejusdem

E I U S D E M

Käselein
An die Liebreichen Jungfern.

Mein Hals ist lang vnd schwang / vff mein Haupt wechset kein Haare /
Mein Bauch mir hinten steht / darin kein Herz / kein Magen /
Kein Leber / Milz / noch Lung / ich muß vffn Rücken tragen /
Mein Därme / wenn ich sing / lacht drob der Jungfrawn Schaaere.
Nun rahtet / wer ich sey / ihr Nymfen alks zusammen /
Bey diesen Hochzeit-Fest / mit den zu Bette gehet
Die Schönheit / vnd mit den sie wiederumb vffstehet /
Raht / raht / sag ich / ihr Lieb' ihr allerliebste Damen.
Welch mich errathen wird / vud frey darbey rausz sagen /
Dasz sie mir holt / dasz ich in ihr Herz einlöseteret /
Die wil ich rühmen stets / sa wie es sich gebühret /
Ihr Klug- vnd Weißheit hoch bisz an die Sternen tragen.

Hactenus haud venit mihi gratior ulla Parentis
Littera, quam thalami nuncia nempe tui.
Nuncia laetitiae tacite mihi tempore longo
Optatae, oratae tot precibusque piis.
Tristior ista fuit, lapsa quae scilicet anno
Huc ferret Matris funera maesta tuae.
Funera maesta tuae Matris, sed funera nostrae
Quondam Aviae, heu nimis nuncia tristitiae!
Scilicet alternis miscet Deus omnia fati,
Atque hodie ridet, qui male flevit heri.
Praeterito sic nos una deflevimus anno
Tu Matrem, ipse Aviam, flebilem uterque vicem.
Incepto quoque nunc una gaudebimus anno,
Tu Sponsam, Affinem nactus at ipse noyam.
Gaudia contiguo Deus haec sinat ordine nobis
Omnibus ire, malas sed procul esse vices.

Dn. Avunculo suo charissimo ex il-
lustri, quae est Pfortae,
mittit

PAULUS HEIMPOHL,
Bitterfelda Saxo.
B 3 G entis

Gentis erat prisca, quæ fisa est vocibus, ac si
O râclum ferret, quas referebat anus;
Tollere Delphacæ sobolem, fel spargere ad aram,
H ostis ne fereret fellea conjugii:
Optatos sic successus sperare Novellis
F oedere conjunctis, prospera quæq; fore.
Rem facis absimilem, & pacis cum conjugis fructus
E xpetis, Affinis, Sponse novelle, nove?
Delphacæ prolem mactas, libamine carnis
V ulcani matrem sed quid adire negas?
Scilicet hospitio exceptos præferre Dianæ
E st animus, dapibus quos saturare cupis.
Rectè. Nam D E A quid Lucina juvare potissit?
H ilum? sum discors: sed magè vota juvant.
Attenta D E U S aure piis consuevit adesse;
R ecto vota hospes dicere corde potest.
Desuper auxilium mittat, pacemq; salubrem
I n cujus manibus pax stat & auxilium.

gratulabundus fundebat

ZACHARIAS STRUBIUS
Cothenâ Anhaltinus.
Junior.

A R A N E A.

Cernis ut artifices sibi nectat aranea casses,
Et probet auctorem pulveris esse Deum?
Seu tenebris nigris seu Solis ad aurea tempe
De trabe vel vitro nectere rete studet:
Nil labor hic aliis: nil ipsi retia profunt,
Non potis est vestem aut texere pepla tibi.
Eximia inde oculis nostris splendet imago
Admonet & quemvis muneris ista sui.
Est Deus assidui fautorq; auctorq; laboris,
Otia conjugii non feret ulla sacri.

Mors

Mors pestisq³ suo est ignava marita marito,
Sedula delictum est vitag³ luxq³ Viro.

F O R M I C A.

Nobile ut exemplar duri formica laboris,
Monstrans quàm cura sit labor ipse Deo.
Namq³ frequens teritur formice semita gnava
Dum pernix urget grando laboris opus.
Imprimis & vastis vestigia parvula saxis
Frumenti plures colligat ut cumulos.
Solibus integris fervet, noctesq³ serenas
Adjicit, haud cunctis cedere gnava malis.
At si continuo celso ruit aethere nimbus,
Extruit hic vallum, curat & inde domum.
Auferturq³ ipsi quævis spes noxia mæsis,
Imos arboribus rodere docta pedes.
Est labor usq³, suis dum parcat avara pusillis
Et cumulat seræ posteritatis opes.
Instruit ista domus vigilis solertia matrem,
Sit Formica suæ casta marita domi.
Augeat ut patrias dotes studiosa, mariti
Ingenio partas divite curet opes.

A P I S.

ÆMola miraculis quàm perficit omnia cunctis,
Sudorum patiens, sueta laboris apis?
Terrigenis celebrat quàm provida Numina cunctis
Artifici celebris sedulitate sua?
Centro operosa suo, casta est pietate verendâ,
Sedula in officio viribus usq³ suis.
Impedit igniculos, odit vaga, corrigit atra
Cyprigenæ quævis ocia, furta, Deæ.
Obsequitur Regi, servit primoribus, absq³
Lite sui officii munia iussa facit.
Non ea stetit iners, non desidiosa vagatur,
Injunctum nullâ parte remittit opus.

Æqui-

Æquales, parvas, & anūs amat, adjuvat, ornat
Affectu, victu, roscida mella parans.
Se tamen haut solam nutrit sociosq; Quirites,
Nec sibi perpetuū mellificasse iuvat.
Illius æquē hominesq; diiq; labore fruuntur
Gustando aërei celica dona favi.
Sis apis, o pia Sponsa, torum quæ moribus ornet
Castis, & multâ prole beata, domum.

Gratulatur
MICHAEL MASCUS
Sponsæ Frater.

Mens est gratanti Tibi me miscere popello,
Affinis verè suspiciende mihi.
Reppetò, lætanter me misceo, voce, popello
Gratanti Vox est; cottidiè alba fluant:
Atri nil interveniat, pax optima rerum
Repleat actutum, fertilitasq; torum.
Exulet è lecto mens Xantippèa jugali;
Tardius in thalamo sit tumultanda caro.
Abneptes videant Genitor GOTHOFREDUS, & ipsa
Mater, MASCORUM semine nata prius.
Advolet omne bonum Sponsis è divite cellâ,
Serviat officio mens utriusq; suo.
Chara DEI soboles; quæ trasmutavit aquaî
IN vini gustum, nuntiet omne ratum,
applaudebat,
vovebat

JOHANNES ERNESTUS STRUBIUS
Cothena-Anhaltinus Sponsæ
consanguineus.

FINIS.

Nr 3027.

8

ULB Halle 3
002 804 379




77 → 01


VJ 77

Retros ✓

M







SERTUM³⁶ HONORIS

Pro

Laudatissimò Sponsorum Pari,

V I R O

Prestantissimò, Doctissimò, Politissimò

DN. GOTFRIDO ER-

HARDI, J. U. C. & in Repub. Anhaltino Def-
sanâ Advocatò solertissimò,

V I R G I N E

Lectissimâ, Honoratissimâ, Pudicissimâ,

MARGARITA MASCIN,

Clarissimi & Amplissimi Viri

DN. M. CASPARIS MASCI,

Consiliarî quondam Anhaltini, & in Dice-
ccibus Plozcovianâ & Alslebianâ præ-
fecti meritissimi b. m. relictâ

Filiâ,

DESSÆ A. D. VII. FEBRUARI, MATRI-
monium faustiter ineuntibus,

EX

SVAVISSIMIS HORTULORUM POETICO-
rum flosculis favorabili multifarî coloris
filò textum,

A N N O

VIVE! tibi, GotfrIDE, Venit tVa MargarIs, VXor

FVLgt Vt Vnlo^(Margarita)_(ein Perle), Vlr rob Vr honoris (Ehr-hardt)
o Vas. I. F.

WITTEBERGÆ,

Ex officina typographica CHRISTIANI THAM,
Acad. Typogr. Anno 1625.

Ch. On. M. Petro